qui divinum quidem eloquium novit,
sed secundum illud vivere negligit, et doc-
tus esse ad bella esse non valet, qui
spiritalem quem habet gladium ini-
mice exercet. Nam resistere tempta-
tionibus omnino non sufficit, qui hunc
verbi dei tenere gladium male viven-
do postponit. Sancta itaque ecclesia que subse-
quenti persecutione deprimitur, malorum
habundantiam et bonorum inopiam
pensans, beati Iob vocibus dampna
sua pronuntiat dicens: Dicebam quoque in
nidulo meo moriar, et sicut palma
multiplicabo dies. Radix mea aperta est
secus aquas, et ros morabitur in messi-
one mea. Gloria mea semper innovabitur,
et arcus meus in manu mea instau-
rabitur. Que videlicet cuncta considerans,
nequaquam spe cassa fallebatur. Nam per-
fecti quique multos nunc eius conspiciunt
adiutores, pensantque procul dubio quod emer-
gente persecutionis articulo ex his
plerique hostes illius fiunt, qui esse
pacis tempore eius cives videntur.
Non autem de omnibus ita desperant, sed ta-
men plerumque contingit ut hi de
quibus maiorem fidei fiduciam habue-
runt, ipsi eiusdem fidei hostes atro-
ciores fiant, ut eos tunc videant
contra sacra eloquia agere, ex quorum
se operatione crediderant hec eadem
sacra eloquia ad predicationis ~~verba~~
gratiam restaurare. Que tamen tempori
iam nunc inchoasse ingemiscimus,
cum multos intra ecclesiam positos cer-
nimus, qui aut nolunt operari quod in-
telligunt, aut hoc ipsum quoque sacrum
eloquium intelligere ac nosse con-
tempnunt. A veritate enim aver-
tentes auditum, ad fabulas conver-
tuntur, dum omnes que sua sunt que-
runt, non que sunt Ihesu Christi. Scrip-
ta dei ubique repta opponuntur oculis,
sed hec cognoscere homines dedig-
nantur, pene nullus querit scire quod
credidit. Multitudo quoque bonorum prece-
dentium artium suum destrui
dolebat, que sacrum eloquium restau-
rari semper per studium subsequenti-
um credebat. Explicit liber decimus
nonus. Incipit VICESIMUS.

QUAMVIS SCIENTIAM OMNEM
atque doctrinam
scriptura sacra
sine
aliqua comparatione transcendat,
ut taceam quod vera predicat, quod ad ce-
lestem patriam vocat, quod a terre-
nis desideriis ad superna amplecten-
da cor legentis immutat, quod dictis
obscurioribus exercet fortes, et par-
vulos humili sermone blanditur,
quod nec sic clausa est ut pavesci debeat,
nec sic patet ut vilescat, quod
usu fastidium tollit, [illegible] et